C.cc.
CX310

In nomine domini nostri ihesu christi. incipit liber privilegiorum episcoporum romanorum.

ALEXANDER episcopus servus servorum dei karissimo filio Aquilino religioso abbati monasterii sancti iohannis baptiste de pena in aragona provincia eiusque successoribus in perpetuum. Apostolice sedi non nostris meritis sed sola dei misericordia presidentes accepimus in partibus hyspanie catholice fidei unitatem a sua plenitudine declinasse. et pene omnes ab ecclesiastica disciplina et divinorum cultu ministratione aberrasse. Itaque nostri officii nos commisse nobis sedis et universalis ecclesie providentia ad correctionem ecclesiarum dei filium nostrum hugonem candidum et cardinalem presbiterum in partes illas misimus. qui divina suffragante clementia christiane fidei robur et integritatem ibi restauravit. symoniace heresis inquinamenta mundavit. et confusos ritus divinorum officiorum ad regularem et canonicum ordinem reformavit. Dilectus quoque filius noster Sancius rex hyspanie divina gratia preventus et accensus amore, cum omnibus quibus potuit ad veram perfectamque fidem nobilitatis sue gentem convertit. et primus semetipsum apostolice dignitati commisit ac subdidit et monasteria sue dictionis diu alienata Romane ecclesie proprio iure tenenda reddidit. Hec autem rex prefate dilectissime fili predicti monasterii sancti iohannis baptiste de pena abbatem et suum spiritualem patrem mediante hugone cardinali nostro in nostram presentiam cum cartarum munimentis ad testes destinavit. et proprium testem sue devotionis adhibuit. Specialiter quidem hoc a nobis impetrare desideravit. ut prefatum monasterium cui deo iubente serviendo presides iuxta votum et postulationis tue desiderium constitutum censu videlicet [illegible] per singulos annos in tutelam et singulare patrocinium sancte romane ecclesie susciperemus. et privilegio apostolice tuicionis idem monasterium cum omnibus sibi pertinentibus muniremus. Cuius oblationem et dignam peticionem pro te omni caritate et benivolentia suscipientes. pariterque religiosis desideriis tuis libenter annuentes. quia te apostolice dignitati devote subiectum et ad regnum albaicie relucentem et in victu ad ductum esse cognovimus. te et monasterium tuum cum omnibus sibi pertinentibus in ius et defensionem sedis apostolice suscipientes privilegii apostolici ornamentum presidiumque tibi concedimus. Igitur salva in omnibus reverentia sedis apostolice

corroboramus in hac presenti serie tibi tuisque
successoribus prefatum monasterium sancti Iohannis
baptiste de Penna. et universa sibi subiecta mo
nasteria. ecclesias. villas. terras. et omnia iure
sibi pertinentia. ut ea sine omni molestia et
inquietudine teneatis et regatis. Sancimus
quoque ut nullus Rex. Dux. Comes. Episcopus.
aut aliqua persona secularis aut ecclesiastica
idem monasterium inquietare presumat. nec
aliquid eorum que nunc iuste habet aut in
futurum deo concedente iuste adquisierit cuius
cuique modi sit ab eo alienare aut invade
re vel violenter [illegible] aliqua occasione
auferre aut sine licentia abbatis se intromit
tere audeat. His etiam addimus statuentes
ut abbas in eodem monasterio secundum regulam sancti
Benedicti perpetuo non nisi communi fratrum
consensu eligatur. ordinandus quidem ab episcopo di
ocesis illius si catholicus fuerit. et sine precio
eum ordinare voluerit. His vero causis
obstantibus liceat abbati ab alio catholico episcopo
ordinationem petere. aut ad apostolicam ecclesiam trans
migrare. Similiter de ordinatione ceterorum
monachorum eiusdem monasterii decretum esse
volumus. Ad hec disponimus et constituimus ut
nullum sepe fatum monasterium aut sibi sub
iecte congregationes umquam per excommunica
tionem circa iacentis provincie nisi propriis cul[illegible]

no possent episcopi excommunicare nec pre-
pris exigentibus excommunicent aut a divi
nis officiis suspendant. Preterea decernimus
ut abbas ipsius monasterii nullatenus sine
iudicio sedis apostolice deponatur. et si in aliquo
negotio minus gravi sententia aut aliqua ex
actione circumventus fuerit ad iudicium sedis
apostolice provocare debeat. Igitur ad honorem
dei et utilitatem predicti monasterii cupientes hanc
nostram constitutionem perpetua stabilitate te
neri. omnes servare volumus. Qui [illegible] contra
eam incorrigibili temeritate venire temp
taverit ab omni consortio christianitatis expulsus
anathematis iudicio subiacebit. Si quis
vero pia veneratione hec eadem statuta ser
vaverit. et monasterium consilio et bonis suis
iuvare et exaltare studuerit. apostolice bene
dictionis gratiam et eterne retributionis consequatur
abundanciam.

PET

RUS

Datum Laterani xv kalendas novembris per manus Petri
sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis

Datum Rome .iiii. nonas iulii. Per manum
Iohannis sancte romane ecclesie diaconi cardi
nalis prosignatoris domni VRBANI
pape .II. Anno dominice incarnationis
millesimo octogesimo nono. Indic
tione duodecima. Anno pontificatus
eiusdem domni Vrbani secundo.

Priuilegium Vrbani pape .II.

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Petro [illegible]
sibi [illegible] in [illegible] xpisto
filio hispaniarum regi excellentissimo
eiusque successoribus rite substituendis
in perpetuum. Cum te dilectissime fili de
uotionis affectu per uenerabilem fratrem
nostrum Aymericum pinnatensis monasterii
abbatem acceptis litteris erga sacrosanctam
romanam ecclesiam agnouimus leticia non
modica noster exhilaratus est animus. Set
ut uerum fateamur eisdem [prelectis] terre perturba
tionisque nimie motione immutatus.
Nec enim mirum ex earum namque inicio di
lectionis et reuerentie quam erga sanctam
romanam ecclesiam semper habuisti et ha
bes magnitudinem cognouimus quantaque
in ea confidas qua deuote et fideliter
anime tue salutationem eius orationibus co
mittis ad uerum. Ex fine uero earundem
tantam rerum contra abusionem que inter
mee longe a termino suo dimote mansit
rem quod credi possit inureret stuporem.
Te scilicet pro bonorum numerositate malorum
multiplicitate perferre et pro turbata per
peram tribulationum innocentiam tuam ca
ritatis unde auxilia et consilia perpetuo
petere deberet usurpare. Sed quidem cum mo
dernos nos regnorum rectores quorum ple
risque animarum suarum negligentes uel pe
nitus oblitos. ut pote ab omni equitatis
tramite deuios. planam uiam ad mortem da
centes sequi ingemiscimus te fere solum
dignus afflicta spiritu angustiis ad ui
tam ducentes elegisse uidemus cum iu
stitie regum constituerit ministerium ecclesie
tranquillitatem et pacem studiose inui
gilare pupillorum et orfanorum defensioni
iugem operam dare paganie gentis depres
sioni et coartationi. xpistiane uero exal
tationi et amplificationi. cum summa in
cessanter sollicitudine insudare et in
breuitate concludam cum totius mali expulsio
ni totiusque boni exercitiis efficiatur in
cumbere gaudemus. Ipsi enim qui gratiam
preciosorum fructuum gustu uiuam ag
noscentes arbore mirifice ueniam ac
excolere deberet. tu scilicet regum

antistites. quibus per assidua expletia tantorum ministrorum tue specialis veneratiōi cuiusque obsequiis esset insistendum. in te ut perpetuarum litterarum prodit series insurgunt. et quia humili Christo conformatum pacientie clipeum nolle abicere te videt. tamquam erectis contra te calcaneis tuam deprimere et contundere mansuetudinem non erubescunt. Veruntamen ne illorum temeritatem soli tibi ceterorum iniuriarum dedecus arbitreris inferre. advertere tua potest prudentia eos non minus in apostolicam auctoritatem peccare dum ea que predecessor noster Alexander videlicet sedis et mea post illum parvitas tui patris celebris memorie regis Sancii racionabiliter concessit peticioni. frivolis suis ratiocinationibus in irritum conantur reducere. cassoque inutiles labore nodum in scirpo invenire. Set ne verbis diucius immoremur. his ad eorum cavillas demonstrandas constituti sumus premissis ad rem veniamus. Cum igitur predictorum episcoporum tantum videmus in discrecione et tam nulla dispensationis recognitacione. que tam prudenter ut supra diximus concessa sunt. modo presentis privilegii munimine firmantes ex auctoritate omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti et beate Marie semper virginis beatorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non et sacrosancte romane ecclesie. et ad ultimum nostre divinitus concessa parvitatis statuimus tibi karissime fili Petre tuisque regni successoribus ex genere tuo recte substituendorum viris esse. ut ecclesias villarum. tam earum quas in sarracenorum terris capere potueritis quam earum quas ipsi in regno vestro hedificari feceritis. vel per capellas vestras vel per que volueritis monasteria sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis distribuere liceat vobis. Et ne quis mirentur [illegible] voluntatibus et preceptis consequendis semper promtissimus astiterit repulsam in parte aliqua pia tua patiatur peticio. tui quoque regni proceribus eandem licentiam concedentes. eodemque illam privilegio et eadem auctoritate corroborantes sancimus ut ecclesias quas in sarracenorum terris iure belli adquisierint vel in propriis hereditatibus fundaverint. sibi suisque heredibus cum primiciis et decimis propriarum dumtaxat hereditatum dummodo cum necessaria propter ad ministrationem divinam in eis [illegible] recte a convenientibus p

sonis celebrari fecit eis liceat retine-
ut quarumlibet ne monasteriorum ditioni
subdere. Tu autem serenissime rex tunc
potiti et superni patris et eius que tam
specialibus filiis. tue progenie dona
nobis conferre semper memores mati tales
fieri laborate. ut ipsis in nullo abu
tentes set iam memorati regis Sa
cii pia per omnia conversione sequentes.
post momentanei regni gubernacula.
feliciter ad regis regum perpetua conreg
nanti pervenire mereamini consorcia.

Hanc ergo nostram constitutionem perpetua cupi
entes stabilitate teneri. omnibus notum
esse volumus. quod quicumque contra eam temere
venire voluerit … excommunicationis
gladio perculsus consorcio anathematis iudi
cio subiacebit. Qui autem pia illam ve
neratione servaverit et apostolice benedictionis
gratiam et eterne retributionis consequatur
habundanciam. Amen. Amen. Amen.

Datum Rome xvi kalendas maii per manum Iohannis
sancte romane ecclesie diaconi cardinalis
et prosignatoris domni URBANI.
pape II. Anno dominice incarnationis
M. XC. V. indictione. III.
Anno pontificatus eiusdem domni URBANI.
octavo. **Privilegium de confirmatione ecclesiarum**

Alexander episcopus servus ser
vorum dei. Dilectis filiis Dodoni abbati
et fratribus sancti Iohannis de pinna. Salutem
et apostolicam benedictionem. Iustis peten
tium desideriis dignum est nos facilem
prebere consensum. et vota que a ratio
ne non discordant. effectu sunt
prosequente complenda. Ea propter dilecti in
domino filii. vestris iustis postulationibus grato
concurrentes assensu. Privilegia an
tecessorum nostrorum ALEXANDRI. secundi.
sive URBANI concedimus. et rata
permanere sancimus. Possessiones vero
quas in monasteriis. ecclesiis parrochia
libus. concessione pontificum. largitio
ne regum vel principum. aut oblatione
aliorum fidelium hodie possidetis. nobis
et per vos monasterio vestro auctoritate
apostolica confirmamus. et presentis scripti
patrocinio nominatim communimus.

Confirmamus uobis monasterium sancte Cecilie cum
ecclesiis et uillis sibi subiectis. scilicet
ecclesiam de berbues cum decimis. primiciis.
et oblationibus. et tota uilla. Ecclesiam sancti Petri.
de baylo cum omni hereditate sua culta
et inculta. et cum decimis et oblationibus.
et primiciis. Ecclesiam de Alastue cum de
cimis. primiciis et oblationibus. et tota uilla.
Ecclesiam de gisso cum decimis. et primiciis. et
oblationibus. et tota uilla. Ecclesiam de le
queta cum decimis. et primiciis. et oblatio
nibus. et tota uilla. Ecclesiam de cenarbi.
cum decimis. et primiciis. et oblationibus et
tota uilla. Ecclesiam de badiosi cum deci
mis. primiciis. et oblationibus. et tota uil
la. Confirmamus uobis monasterium sancti Mar
tini de cella. cum ecclesiis sibi subiectis.
uidelicet ecclesiam de berabilla. et ecclesiam
de ortulo. et ecclesiam de lorota. et ecclesiam
sancti bartholomei de beral. et ecclesiam
sancte Eufemie. et ecclesiam de montaniana.
cum decimis. et primiciis. et oblationibus
suis. Confirmamus uobis monasterium sancte
Marie de botia. cum decimis. et primitiis.
et oblationibus suis. Confirmamus uobis.
monasterium sancti Angeli de fios. cum omnibus
decimis. et primitiis. et oblationibus su
is. Confirmamus uobis monasterium sancte
Marie fontis frigidi cum ecclesiis de Guel
ba. et decimis. et primiciis. et oblatio
nibus. et tota uilla. et monasterium sancti
fructuosi. Confirmamus uobis ecclesiam
sancti Petri de stella. cum decimis. primitiis.
et oblationibus. et ecclesiis ibi construc
tis. siue construendis. Confirmamus
uobis monasterium sancti Georgii de huhul
la. cum decimis. primitiis. et oblationibus.
et ecclesiis sibi subiectis. Confirma
mus uobis ecclesiam de hucar. cum deci
mis. et primitiis. siue oblationibus. et
tota uilla. et uilla Oteza. et liza
orria. Confirmamus uobis sancte Marie
de leanosa. cum decimis. et primitiis.
et oblationibus suis. Confirmamus uobis
monasterium sancte Marie de nequesa. cum
decimis. primitiis. et oblationibus suis.
et uilla laqdey. Confirmamus uobis
monasterium sancti Stephani de orast. cum
ecclesiis sibi subiectis. id est ecclesiam.
de lucerel cum tota uilla. ecclesiam de
ferrera cum tota uilla. ecclesiam sancti Stephani
de lusia. et ecclesiam de Asin. Confirma
mus uobis monasterium sancti Sebastiani
de Araon. et ecclesiam sancti Petri cum tota
uilla. Confirmamus uobis monasterium
sancte Eulalie de pechera. Confirmamus

uob ecctiā de ḁmnella. ecctiā de spor
ret. ecctiā de enа. ecctiā speculo. ec
ctiā de bortaran. ecctiā de legso. ec
ctiā de serrannana. ecctiā de ben
nolo. ecctiā de segarral. ecctiam
de amnella. cū decimis. et primitiis.
et oblationib;. et uillis. Confirma
mus uob̄ stauasal monasterium. cū omnib;
ecctiis sibi subiectis. id est stone. et
ardenes. cū decimis. primitiis. et oblationib;
suis. Confirmamus uob̄ monasteriū sci
saluatoris de puio cū omnib; ecctiis.
sibi subiectis. id est Gasa. et ecctiā
de latessas. cū decimis. primitiis. et
oblationib; suis. et monasteriū sci sal
~~uatoris de basos~~. Confirmamus uob̄
monasteriū sci iuliani de baos. cum
tota uilla. et ecctiā de martes. cum
decimis. primitiis. et oblationib; suis.
et tota uilla. Confirmamus uob̄ monas
teriū sce marie de iuozar. cū ecctiis
sibi subiectis. id est ecctiā de aran.
et ecctiā de elmunt. et ecctiā sci sal
uatoris de centenero cū decimis. p
rimitiis. et oblationib; suis. Confirma
mus uob̄ monasteriū sci clementis de
ualle cepollera. Confirmamus uob̄
monasteriū sci martini de cerero. cū

ecctiis sibi subiectis. scilic; ecctias de a
cumuer. et ecctiā de aurin. et ecctiam
sci uincentii de arres. Confirmamus uob̄
monasteriū sci Pelagii de Gauin. Confir
mamus uob̄ monasteriū sci urbici de gal
lego. et ecctiā de sotue. cū decimis.
primitiis. et oblationib;. et totā uillā. Co
firmamus uob̄ monasteriū sci torquati. et
ecctiā de ortoliello. et monasteriū sci sal
uatoris de berda. Confirmamus uob̄ mo
nasteriū sci martini de pacopardina.
Confirmamus uob̄ monasteriū sci iusti
de ual. cū ecctia sce marie. cū de
cimis. primitiis. et oblationib;. et tota
uilla. Confirmamus uob̄ ecctiā de
banasto. et ecctiā sce Tecle. et ecctiā
de stapal. cū decimis. primitiis. et
oblationib;. Confirmamus uob̄ ecctiā
sci cipriani de Osca. cū parrochia sua
et cimiterio. cū decimis. primitiis. et obla
tionib;. Confirmamus uob̄ ecctiā sce
marie de Tabust cū ecctiis sibi subie
ctis. decimis. primitiis. et oblationib;.
Confirmamus uob̄ ecctiā sci iacobi
de Luna. cū ecctiis sibi subiectis et
parrochiis. id est Erla. ecctia. de se
tia. et de sentiola. et ecctiā de pi
edils. ecctia de frexanero. et de

Xantallo. et ecclesiam de Almalel cum decimis. primitiis. et oblationibus suis. Confirmamus vobis ecclesiam sancti Martini de bel. cum ecclesiis sibi subiectis. id est ecclesiis de Agebles. ecclesiis de Frao. Monasterium sancti Laurentii. et ecclesia de Dumo. et ecclesia de Efreira. cum suis parrochiis. et ecclesia sancti Thome de Sanaiars. cum suis parrochiis. et decimis. primitiis. et oblationibus. Confirmamus vobis ecclesiam sancte Crucis cum parrochia sua. et decimis. primitiis. et oblationibus suis. Preterea confirmamus vobis. villas. domos. altaria. terras. vineas cultas aut incultas. decimas terrarum. vinearum. vel alodiorum. molinum. et nutrimentis pecorum. et eorum qui vestris habitant palatiis. nullis litteris obstantibus. Si vero amodo contigerit vobis aliquas adquirere possessiones. dono. cambio. vel comparatione. medietatem decimarum retinebitis. Statuimus etiam. ut nulli episcopo in ecclesiis vobis subditis. interdicti vel excommunicationis sententiam liceat promulgare. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Siqua igitur in posterum persona ecclesiastica secularisve. hanc nostre confirmationis paginam infringere temptaverit. et possessiones vestris superius confirmatas. et longo tempore in pace a vobis possessas auferre voluerit. seu quibuslibet molestiis vos fatigare presumpserit. secundo tertiove commonita. nisi reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus. SS.

Ego Hubaldus Hostiensis episcopus. SS.

Ego tadinus Portuensis episcopus. SS.

Ego Petrus Tusculanus episcopus. SS.

Ego Henricus Albanensis episcopus. SS.

Ego Bernerus Prenestinus episcopus. SS.

+ Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin. SS.

+ Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori. SS.

+ Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu. SS.

+ Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii. SS.

sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. vi. kalendas iulii. indictione ... incarnationis dominice anno M.C.LX.VIII. pontificatus vero domni Alexandri pape .III. anno .VIII.

+ Ego Gratianus diac. card. sanctorum Cosme et Damiani. ss.
+ Ego Iohs diac. card. sci Angeli. ss.
+ Ego Rainer. diac. card. sci Adriani. ss.
+ Ego Matheus diac. card. Sce Marie noue. ss.
+ Ego Bernardus diac. card. Sci Nicho
lai in carcere tulliano. ss.

+ Ego Iohs prbr card. scorum Iohis et Pau
li titulum Pamachii. ss.
+ Ego Iohs prbr card. tituli sce Anastasie. ss.
+ Ego Iohs prbr card. tituli Sci Marci. ss.
+ Ego Petrus prbr card. tituli sce Susanne. ss.
+ Ego Vivianus prbr card. tituli Sci
Stephani in Celio monte. ss.
+ Ego Cinthius prbr card. tituli sce Cecilie. ss.
+ Ego Hugo prbr card. tituli sci Clementis. ss.
+ Ego Arduinus prbr card. tituli sce
Crucis in Ihrlm. ss.
+ Ego Matheus prbr card. tituli sci Marcelli. ss.

Datum Lat. p manu Alberti Sce
Romane eccle prbri card. et
Cancellarii. vi. Kl's. Iulii. Ind.
XII. In carnat. dnice
1179 Anno . M. C. LXX. VIIII. Pontifica
tus uero dni Alexandri pp. III.
Anno . XX. . .

Priuilegium Paschalis pp. II.

PASCHALIS eps seruus seruorum dei.
Dilecto filio Sancio. Abbi sci Iohis. et eius fribus
salt et aplicam ben. Quia religiose conuersatio
nis studiis uos instare cognouimus. que
tos in omnibus permanere optamus. Sin tur
ba enim non facile quis diu intuetur.
Vnde et molestias urãs egre ferimus et
eas a uob p dni auxilium arcere cupimus.
Pro querelis igitur uris quas fres uri Ga
lindus et Simeon ad nram audientiam
ptulerunt. confri nro Stephano Osce
tano epo et eius clericis sepimus. Post
eccliam sci Cipriani sic uob ab egregie memo
rie Sancio rege donata et a bto predeces
sore nro Vrbano confirmata est. nos quoque
uob urisq successoribus confirmamus cum
cimiterio et parrochia et eccliis que olim
habuisse cognoscitur. Cetera etiam que mo
nasterio uro supradicti predecessores nri
Vrbanus. seu Gregorius septimus et Alexan
dri secundi priuilegiis confirmata
sunt concedimus. et rata permanere
sanccimus.

Dat Laterani. iii. nonas Ianuarii.

Priuilegium Paschalis pp. secdi.
De confirmatione ecclie sci Cipriani.

cō

cipriani

PASCHALIS episcopus servus servorum dei
universis congregationi monachorum
sancti Iohannis in pinna salutem et apostolicam benedictionem.
Officii nostri nos hortatur auctoritas pro
ecclesiarum statu sollicitos esse. et que ad
earum quietem statuta sunt stabilire.
Quia ob rem concordiam illam que inter
venerabiles fratres Stephanum oscensis
sedis episcopum. et [illegible] monasterii nostri
abbatem presente karissimo filio nostro Petro
Aragonensium rege. constituta est. nos
deo auctore firmamus. et de [illegible]
ta illic concessione [illegible] perpetuo manere
decernimus. Quia nimirum concessione
supradictus episcopus una cum clericis suis quorum
nomina in ipso cirographo contine
ntur ecclesie beati cipriani que regia
donatione. et nostra auctoritate nostri est
hoc tenore seu distinctione contulisse
cognoscitur. ut videlicet eadem ecclesia no
viter a sinahelitarum manibus erepta. par
rochiam deinceps habeat. a porta sal
lara sicut ingrediens rivus dividit
usque ad portam fontium. et sic claudit am
bitus murorum. in ea parte qua itur
ad portam sancti. optineatque decimas
omnium alodiorum que sunt infra ambitum
libere. et ingenue. excepto [illegible] sedis.

Habeat etiam decimas omnium alodiorum que
pertinent ad homines infra predictum terminum
constitutos hodie libere et ingenue. ubi
cumque sint alodia illa infra terminos quem rex
Petrus determinavit oscensi urbi.
Habeat etiam decimas ex redditibus homi
cidiorum sive calumniarum teloneorum. et
ex omnibus omnino redditibus hominum
illius parrochie libere et ingenue. Habe
at etiam baptisterium et cimiterium sue
parrochie. Preterea licentiam optineant
tam monachi quam etiam in eadem ecclesia
de ceteris recipiendi in sepulturam quos
libet rusticos extra civitatem defunctos.
hoc tenore ut medietas illorum que pro su
is animabus dederint. reddatur ecclesiis
quarum parrochiani fuerint. Hec omnia
sicut in presenti pagina continentur. nostre
assertionis robore confirmamus. ut
nemini deinceps facultas sit hec
[illegible] aliquorum commutare vel ex
his quicquam preter sancti cipriani ecclesie et
nostro monasterio subtrahere. auferre. im
minuere. ad quod [illegible] sancti episcopus [illegible].
et apostolice sedis anno ad unionem multorum.
Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus. hanc
concordie consensi et ss.
Dat Laterani. per manum Iohannis. sancte roma

ne ecclie diac cardinal. x. kl. apl. pdict.
Anno dnice incar. M. C. V. Pontificat
quoq; dopni Paschal scdi pp. V.

Priuilegium Alexandri .III.

ALEXANDER eps seruus seruor
dei. Dilectis filiis Pinnacen Abbi et
fribus eius. sal. et aplica ben. Iustis
petentium desideriis dignum est nos faci
lem pbere consensum. et uota que a ra
tionis tramite non discordant. effec
tu psequente complere. Ea ppt dilec
ti in dno filii uris iustis postula
tionibus grato concurrentes assensu. p
uilegia antecessor nror alexandri
scdi. siue urbani concedimus. et ra
ta p manere sanccimus. Possessiones
uero quas in monasteriis. ecclesiis par
rochialibus. uillis. terris cultis aut i
cultis. decimis terrar. uinear. uel
alodior. nonalium. et intrinsecis pec
cor. et eor q i uris habitant palatiis.
concessione pontificum. largitione regum
uel pncipum. aut oblatione alior fi
delium hodie possidetis. uob et p uos
monasterio uro auctoritate aplica
confirmamus nullis litis obstantibus.
et psentis scpti patrocinio communi
mus. Preterea confirmamus uob ecclia
Sci Martini de Bel. cum ecclesiis sibi sub
iectis. id est ecclesiis de Agebles. ecclesiis
de Frao. et monasterio sci Laurentii. et
ecclia de Oruano. et ecclia de Flexa
cum sua parrochia. et ecclia sci thome
de fannanis. cum suis parrochiis.
Ecclia sci Iacobi de Luna. cum ecclesiis
sibi subiectis et parrochiis. id est ecclia
de esla. ecclia de Sena et de Senola.
ecclia de padulis. ecclia de Fraxeneto
et de Fraxenello. et ecclia de Alma
lel. Ecclia sce Marie de Xaulk. cum
ecclesiis sibi subiectis. et ecclia sce Spi
ritus. Decernimus ergo. ut nulli omi
no hominum liceat hanc paginam nre
confirmationis infringere. uel ei ausu
temerario contra ire. Si qs aut hoc
attemptare psumpserit. indignationem
omnipotentis dei et beator Petri et Pauli
aplor eius se nouerit incursurum...

Dat Signie p manum Alberti sce Ro
mane ecclie pbri. Cardinal. et
Cancellarii. VIII. kl. Augusti. Indc.
XII.
Incarnat dnice. Anno. M. C. LXX.
VIII. Pontificatus uero dopni
Alexandri. pp. III. Anno. XX...

VII

Gregorius episcopus seruus seruorum dei.
Dilectis filiis .. Abbati et conuentui monasterii
sancti Johannis de pinna oscensis diocesis. Salutem et
apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia de-
uotos et humiles filios ex assuete pieta-
tis officio propensius diligere consueuit.
et ne prauorum hominum molestiis agi-
tentur eos tamquam pia mater sue protectionis
munimine confouere. Eapropter dilecti in
domino filii uestris iustis postulationibus grato
concurrentes assensu. personas et monasterium
uestrum sancti Johannis de pinna oscensis diocesis cum
omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter
possidet aut in futurum iustis modis pres-
tante domino poterit adipisci. sub beati Petri et
nostra protectione suscipimus. Specialiter autem
libertates et immunitates tam predicto
monasterio quam ecclesiis et villis uestris a
diocesanis episcopis de capitulorum suorum as-
sensu. nec non a Regibus et principibus
ac aliis per inde obtentu pietatis indul-
tas ac antiquas et rationabiles ipsius
monasterii et predictarum ecclesiarum consuetu-
dines hactenus obseruatas. sic eas iuste
ac pacifice obtinetis. uobis et per uos mo-
nasterio uestro auctoritate apostolica confirma-
mus. et presentis scripti patrocinio communi-
mus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre protectionis et confirmationis
infringere. uel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attemptare presumpserit. indig-
nationem omnipotentis dei et beatorum Petri et
Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.
Datum Anagnie. VI. kalendas Nouembris. 27 octob 1235
Pontificatus nostri anno   Seru.

Priuilegium mitre.

cxo

ex. d. 50 eneco

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Di-
lecto filio. Enneco Abbati sancti Johannis de pinna
oscensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ut pulcra
et decora filia Jerusalem fidelibus et infidelibus
terribilis appareat ut castrorum acies ordina-
ta. ecclesia uariis insignitur titulis dig-
nitatum. pensatas tamquam ornata monilibus
et uarietate circumamicta illustrium in-
stitui exhibeat maiestatem et tandem in se
habebit. in spe gerere se ostendens unita-
tem in dieat per figuram. Cum igitur sedes apostolica
mater ecclesiarum omnium et magistra ecclesias ali-
as tamquam adolescentulas suas donorum insig-
nibus libenter adornat. per immunitas singulorum.
speciales ut ornatu tanto se immaculatas
studeant conseruare quanto propensius tenetur
diligere decorem ecclesie ac decenter. Eapropter di-
lecte in domino fili precibus tuis grato con-
currentes assensu persone tue usum mitre
presentium auctoritate duximus concedendum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Anagnie xvi. kl. Nouembr. Pontificatus nostri anno septimo.

17 octobre 1233 — 1233

Gregorius

Priuilegium mitre.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio .. abbati sancti Johannis de Pinna oscensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dum Aaron ad legis custodiam israheli preponitur, dum in summi sacerdotii quo suis precibus dominum placabilem populo et inuentis deo populum obedientem constituat promouetur, mitra iussu dominico eius imponitur capiti. in cuius initiatione possit apertius annotari quod ei non indigne prelati officium conuenit qui noui testamenti per ut duplex mitre fimbria nouit et ueteris intelligere armatus prudentie ac fortitudinis cornibus ab antiqui hostis impetu se defendit. docens in mitra motus reprimente capillorum illicitos celestia temporalibus preponenda, et actus nostros sub humilitatis modestia corrigendos. Hinc est quod relatione plurium fide dignorum tuam nobis commendantium de multa uirtute personam inducti, olim ipsum usum mitre honorare decreuimus ut gratiosum signum ex promereret quod eius signato existeres aduentus, tuque studeres eo fortius effici uirtuosus, quo ignominie maioris grauius si huiusmodi signum in te significatum proprium non haberet. Verum quia uerus sol quamquam licet aliquem diem suo lumine declararet succedentes tamen dies illuminare non desinit libenter imitamur eum plus prestitum usum mitre ad successores tuos de gratia speciali duximus extendendum, ut tibi in uirtutibus similes studeant effici, cum pari honore se uiderint decorari. Benedicendi quoque pallas altaris et uestes sacerdotales tibi et eisdem successoribus cum episcopi copia haberi nequiuerit auctoritate presentium licentiam indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Reate viij. kl. octobr. Pontificatus nostri anno decimo. 24 sept. 1236

[illegible]

Lucius episcopus servus servorum
dei. Venerabilibus fratribus. archiepiscopo Terra-
conensi. et suffraganeis eius. et dilectis
filiis abbatibus. prioribus. decanis. archi-
presbiteris. et aliis ecclesiarum prelatis per Terraco-
nensem provinciam constitutis. salutem et apostolicam
benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima
turbatione didicimus. quod ita in plerisque
partibus ecclesiastica censura dissolvitur. et
canonice sententie severitas enervatur. ut
viri religiosi et hii maxime qui per sedis
apostolice privilegia meruerunt donari sunt
libertate passim a malefactoribus suis
iniurias sustineant. et rapinas. dum vix
invenitur qui congruam illis protectio-
nis sue [illegible] impendat. et pro fovenda pauperum
innocentia se murum defensionis op-
ponat. Specialiter autem dilecti filii.
Abbas et conventus monasterii sancti Johannis
de pinna ordinis sancti Benedicti oscensis
dioc. tam de frequentibus iniuriis quam
de ipso cotidiano defectu iustitie
conqueruntur. Cum universitatis vestre litteras
[illegible] apostolicis exemplis. ut ita in
[illegible] in tribulationibus suis compa-
tientes [illegible] proponi debemus
[illegible] [illegible] ad an-
gustias quas sustinent et plurima

vix possit presidio respirare. Ideoque
universitati vestre per apostolica scripta man-
damus atque precipimus. quatinus illos
qui possessiones vel res seu domos
predictorum fratrum vel hominum suorum
irruperint. vel miserint vel ea in-
iuste detinuerint que predictis fra-
tribus ex testamento decedentium relicta
sunt. seu in ipsos fratres vel eorum aliquem con-
tra apostolice sedis indulta sententiam
excommunicationis aut interdicti
presumpserint promulgare moneatis [illegible]
[illegible] Si laici fuerint publi-
ce accensis candelis singuli vestrum in ecclesiis [illegible]
diocesibus vestris excommunicatos [illegible]
[illegible] Si vero clerici vel canonici
[illegible] regulares seu monachi fuerint [illegible]
[illegible] ab officio et
[illegible] suspendatis neutram re-
[illegible] sententiam donec predictis fratribus
plenarie satisfaciant. et tam laici
quam clerici seculares qui pro violenta
manuum iniectione in ipsos vel
eorum aliquem anathematis vinculo
fuerint innodati cum diocesani episcopi
litteris ad sedem apostolicam venientes ab
eodem vinculo mereantur absolvi. Dat.
Lateran. ii. id. febr. Pontificatus nostri.